



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. II. De Continuatoris Nomine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

eodem plerumque Historiæ corpore dedit. Dixisse sufficiat Continuatorem nostrum, quæ Fleurius indefesso juxta ac utilissimo labore auspiciatus est, tam ampla eruditione & ingenio absolvisse, ut quæ olim Joannes Hornbeckius de Baronii Annalibus censuit, de utroque Clarissimo nostro Auctore effari liceat: Sane, inquit ille: (a) *istud opus incomparabile dico, cui ob Auctoris utriusque diligentiam, laborem, & eruditionem, quantum debet, vix scit Eruditorum orbis.*

§. II.

*De Continuatoris Nomine.*

Historiæ suæ, quam Continuator a sæculo XV, quo desiit  
Fleu-

---

(a) *Miscell. lib. I. c. I.*

Fleurius, usque ad annum Domini millesimum quingentesimum nonagesimum quintum prosecutus est, nomen suum haud præfigendum censuit, abs dubio, plus de literariæ reipublicæ utilitate, quam de nominis sui gloria sollicitus. Communior tamen vox, atque sententia est, hujus lucubrationis Auctorem extitisse R. P. Dominum Joannem Claudium Fabri Congregationis Patrum Oratorii Alumnum. Ipsus ego Parisiis a quodam Prælato, Viro in omni historica eruditione longe versatissimo, aliisque non insimæ notæ Religiosis, hunc ingenii partum ab ejusdem calamo profluxisse didici; præterea Richardus (a) insigne hoc opus

(a) *Dictionnaire Universel Tom. II. p. 670.*

opus eidem P. Fabri adjudicat,  
ac de eo meminit, illum Anno  
**1686.** die **25.** Aprilis Lutetiae  
Parisiorum natum, theologicæ fa-  
cultatis Parisiensis Baccalaureum  
fuisse; demum vero die **22.** O-  
ctobris Anno Domini **1753.** ex-  
tremum obiisse diem. Cetera  
Virum fuisse morum comitate ac  
modestia valde commendabilem,  
atque a cunctis, quibus colloquii  
copiam dedisset, dilectum ac sum-  
mo honore habitum. Verum  
hæc quæstio de Nomine est.

§. III.

*Doctorum de eo judicium.*

Quamquam plerisque erudi-  
tis Continuator noster, Scriptor  
magni Nominis, ævo nostro si-  
ne controversia celebratissimus,  
ac